Rex christe bone celitus. quod genus carminis Glicouicum dicitur / et constat Spondeo & duobus Dactylis. Ergo. E. in dictione Christe: que breuis est: Sacre. L

pro longa ponit: vt incboet priorē Dactylū: nisi dicamus. Stebone. Tribrachū esse: qui trib9 syllabis breuib9 cōstat. Similiter i eodē hymno.
Per cuncta. tibi secula.
Item inibi i quattuor vsib9 Asclepiadeis qui sūt hi.
Nam gliscit animus promere cantibus.
Spreuere penitus: teq3 secuti sunt.
Sed corde tacito mens bene conscia.
Te summa deitas/ vnaq3 poscimus.
Ubi/ nisi in dictione Gliscit Scit syllaba. & in dictionibus Spreuere & Corde. E. vocalis. & in dictiōe Sūma. A. producat: vt Scitanimus. Repenitus. De tacito & Madeitas Choriambi sunt: quos Asclepiadei versus in secundo & tertio pede exigunt: Peon q̄rtus erit quicūq3 eorum. qui constat tribus primis syllabis breuibus & quarta longa. Hoc tamē nemini debet mirum videri: cū ecclesiastici in carminib9 suis multiplici vtantur licentia: vt in volumine hymnorum plenissime ostenditur. Antoni9 quoq3 noster in genere nominis ita inquit. Zinziber & Uber. Nā. Et. syllaba breuis est natura. Nisi forte dicamus versum aliter relictum fuisse. Puta. Zinziber atq3 Uber. Aut Huber per aspirationem scriptum/ ac si velit ipsam. H. vim producendi habere. Nam & in tertia declinatione dixit. Degener & Pauper. Huber. Ubi Perbn tertius pes est. Huius tamen nominis orthographia. H. non recipit apud omnes. Si autem legamus Zinziber & Tuber: quod quidam codices habent: nulla est licentia. Tunc tamen versus proximus precedens sic est. Et cum Uere siser. Uber. Cicer. adde cadauer. Ubi Seru. Tertius pes Pentimerim sustinet.
Uirgi. quoq3 in tertio Aeñ. sic ait.
Liminaq3 Laurusq3 dei: totusq3 moneri.
Ubi Seruius hec verba facit.

Liminaqȝ. Que breuis ē ꝓ lōga posita qđ hac ratione defendit̄. Aut quia omnia monosyllaba ad artem nō ꝑtinēt: ⁊ his licēter vti possum⁹. Aut certe quia omne idest ꝑticula: quae sui substantiā nō habet: membrū putat̄ supiōris oratiōis. Qđ si ē: Liminaqȝ q̄si vna pars orationis est. ⁊ potest Que finalitatis ratione vel ꝓduci vel corripi.

Notat̄ similiter Posteptimemeris: quę fieri dicitur / cū prima syllaba quinti pedis: quę naturaliter breuis erat: producit̄. Cuius exēpla tuteipse quęre: nō enī idonea: ⁊ quibus fides babenda sit: ea nobis in promptu sunt. Alexan. Has pręterea nōnulli / sicut ⁊ Alexander / cęsuras sub Metaplasmo ⁊ Ectasis species esse dicūt. Cuius vis syllabas breues naturaliter in longas non nunquā apud Poetas cōuertit. De qua iuxta finē lectionis meminerim⁹. Dicit̄ item cęsura a cędenda voce: diffiniturqȝ decora terminatio vocū ĩ medio versuum notata: Ut quādo post duos primos pedes superans syllaba inuenit̄: quę dictionē terminet: cęsura est: quę ⁊ Pentimemeris dicit̄ a Penta qđ est Quinqȝ ⁊ Memeris diuisio / quasi diuisio Semiquinaria / cum scilicet in scandendo quinqȝ pedes per dimidium diuidimus. Ut Arma Uirumqȝ cano. habet enim ex quinqȝ dimidium. Cū vero id post tres pedes fit: est cęsura Eptimemeris. idest Semiseptenaria diuisio. Epta enī septem designat. Ut Arma U: rūqȝ cano / Troię. habet itidem ex septem dim. diū. Hic nāqȝ versus / sicut ⁊ alij quāplurimi / vtrāqȝ Sectionē cōplectit̄. Metire igitur sic. Arma vi. rumqȝ ca. no Tro. iacqui. pri-

mus ab oris. Multa carmina tamen huiusmodi alteram tantum habent cesuram. Aut Semiquinariam. Aut Semiseptenariam. quod in ipsis legendis facile quispiam experiri poterit.

Cum enim dictio finitur in vocali: et sequens dictio incipitur a vocali: sic abijcitur vocalis precedens.

Virgi. li. iij. z. vj. Aen. Virgi.

Accipite ergo animis: atque hec mea figite dicta.
Inde vbi venere ad fauces graue olentis Auerni.
In quorum Carminum scansione dictiones Accipite. Ergo. Atque. Inde. Venere et Graue abijciunt vltimas vocales sic. Accipi. tergani. misat. quecmea. figite. dicta. Indubi. Vene. radfau. cesgrano. Lentis A. verni.

Idem. lib. iij. Aen.

Nunquam deinde cauo volitantia prendere saxo.

Idem libro primo.

Eurum ad se Zephyrumque vocat. Dehinc talia fat.

Statius. li. primo Theb. Stati.

Proinde moue pharetram: arcusque intende sonoros
Hec tria proxima exempla ponere libuit: quia (vt ait quidam) Deinde. Proinde. et Dehinc prima in carmine vocali attrita pronunciatur. Quod forte / nisi due dictiones essent / nequaquam fieret. Nam / vt alias videbitur / cum de prepositionibus. E. De. Se. Di. tractabimus: Dehinc ex De. et Hinc compositum non profertur priori syllaba attrita.

Abijcitur preterea vocalis in fine versus Hypercatalectici / si sequens versus incipiatur a vocali. Ut apud Virgili. Georgicorum libro secundo. Virgi.

Inseritur vero ex foetu nucis Arbutus horrida.
Et steriles Platani Malos gessere valentes.
Nauigijs Pinos. Domibus Cedrosque Cupressosque.
Hinc radios triuere rotis. hinc Tympana plaustris.
Ultima enim syllaba dictionis Horrida et Que par-

ticula post dictionem Cupressos: quia carmina sequentia incipiuntur a vocali: atteruntur in scansione.
Sic. Deisseri. Quincradi. qui Dactyli sunt.

Horat. Horatius vero libro primo Carminum O de secunda carmine Sapphico non Hypercatalectico in vocalē desinente eandem cesuram fecit imposito versu Adonico: qui illi a vocali incohoatur: qua abundat Sic.
Labitur ripa Ioue non probante
Uxorius amnis. Mensuratur hoc modo. Labiturri. pa Ioue. non pro. bantu. xoriu s. amnis.

Is quoqꝫ ī opere / q̄d Carmē seclare inscribit / versu. Hypercatalictico in vocalem desinente / in eodemqꝫ genere carminis ea ipsa cesura visus est ita.
Romule genti date remqꝫ prolemqꝫ.
Et decus omne.

Aliquando tamen non abijcitur vocalis posita in fine dictionis precedentis: ⁊ manet breuis.

Virgi. Virgi. in Buco.
Et longum formose vale vale inquit Iola.
Te Corydon o Alexi. Trabit sua quemqꝫ voluptas.
Idem Georg. libro primo.
Ter sunt conati imponere Pelio O ssam.
Idem li. v. Aeñ.
Victor apud rapidum Simoenta sub Ilio alto.
Ubi. E. in secundo Vale. O. ante dictionem Alexi. ⁊ eadem in fine dictionum Pelio ⁊ Ilio breuis permansit vocali subsequente.

Aliquando vero manet vocalis longa: vt apud eundem in eodem versu primi libri Georgicoꝝ.
Ter sūt conati īponere Pelio O ssā. Et ī Bucoli.
Et succus pecori ⁊ lac subducitur agnis.
Idem libro. x. Aeñ.
O pater o hominum Diuumqꝫ eterna potestas.
Illud similiter.

Quod potes: id tenta: operis ne pondere pressus.
I. enim posita in fine dictionum Conati & Pecori. & O. ante dictionem Dominum. & A. ante dictionē Tenta: Longa manet sequenti vocali. Cuius rei perfacile poteris quamplurima exempla inuenire.

Aiunt tamen Grāmatici cum. M. cum vocali precedenti abijcitur: illud fieri per Ecthlipsim. Cum vero vocalis ante vocalem: per Synaloepham. Quod & Alexander. sic perstringit. Alexan.

Ecthlipsis necat. M. Perimit Synaloepha vocalem.

Est preterea Ecthlipsis / vt inquit Donatus / consonātium cū vocalibus aspere concurrētibus difficilis ac dura collisio. Et potest Latine dici Expressio / cum vocalem simul cum. M. etiam in soluta oratione / vt quidā aiunt / exprimere videatur / & quasi excludere: ne / si pronuncietur: in Metacismū: qui Barbarismo adheret / incōcinnitate pronunciationis incurramus. Hec etiā alio nomine vocat Ellipsis. Synaloepha vero est per interemptionē concurrentiū inter se vocaliū lubrica quedā lenisqꝫ collisio. Hec a quibusdā Syneresis vel Collisio nūcupat. & dici potest cōpressio. Nā cōponit ex Syn quod est Con. & Aloiphi pressio. Cōprimitur eni colliditurqꝫ vocalis ꝓpter hiatū oris euitandū: qui etiā sub Barbarismo continet. Ut apud Uirgi. in Bucolicis & in primo libro Aeñ. Donat. Uirgi.

Mecum vna in siluis imitabere Pana canendo.
Littora: multum ille & terris iactatus & alto.

Hoc preterea Uerbū Dessi. Dees. Deest. quod ex De & Sū dicit cōponi: differenter se habet. Aliquā eni pferē pma ī carmīe syllā subticita / ac si due sint dictiōes Uirgi. libro. x. Aeñ. Uirgi.

Deest iam terra fuge. Pelago Troiāne petetis:

Stati. Statius li. viij. Theb.
Hermionen. nullis iam deest sua fabula mensis.
Cuncta Phalanx sibi deesse putat. minor ille p alas.
Et illud similiter.
Qui sua cõsumunt: cum deest: aliena sequunt.
Ouidi. Ouidius in libris Metamorph.
Deerat adhuc: & quod dominari in cetera possit.
Omnia pontus erat. Deerant quoq₃ littora ponto.
Concipit. id deerat. manifestaq₃ crimina pleno.
Umbra loco deerat. qua postquam parte resedit.
Nec tibi castaneę me coniuge. nec tibi deerunt.
Naturęq₃ suum nutrimen deerit edaci.
Uirgi. Uirgili. li. vij. Aeñ.
Diuitis vber agri Troięue opulentia deerit.
Idem in Moreto.
Non illi deerat quod pauperis exigit vsus.
Stati. Stati. libro. x. Theb.
Deerat. vt afflictos turbarem ego proditor Argos.
Qui Poetę sua nitẽtes auctoritate aut licẽtia vsi sunt/ vt plerisq₃ in locis facere consuerũt. Aut in his exẽplis quę nõ habent post secundũ. E. duplicẽ consonãtem: duas vocales breues pro vna longa enunciarũt. Sed & hec Synereſi quidã attribuũt. de q̃ paulo post latius loq̃mur. Aliqñ vo vtraq₃ vocal' Syllabã facit.
Stati. Stati. li. x. Theb.
Nec deest coeptis. vnde hęc tam fera repente.
Idem li. xj.
Deest seruitio plebes. hos ignis egentes.
Si quid tamen contra hęc precepta apud Poetas aliquando inueneris: eorum ascribe auctoritati.

Syllaba quae diphthongo scribitur longa est. Praeterq̃m si sequatur vocalis vt Praeustus.

Est enim Diphthõgus duarum vocalium in vna sylla ba comprehensio vnum efficiens sonum. Diffinit preterea conglutinatio duarum vocalium in eadem syllaba vim suam retinentium. Et sunt teste Priscia no libro primo Diphthongi quattuor: quibus Latina vtitur eloquẽtia. Ae. Av. Ev. Oe. Ut Musae. Terrae. Aeneadae. Audio. Maurio. Aura. Orpheus. Deus. Pentheus. Poena. Foenum. Foemina. De quibus perpauca exempla subnectam: cũ plurima vnicuiqz quãuis indocto vbiqz sese offerant.

Virgilius.

Ae. Ev. Quis deus o Musae tam saeua incendia Teucris.
Av. Ae. Audiat haec tantũ. Vel qui venit. Ecce Palaemõ.
Ev. Si potuit Manes arcessere coniugis Orpheus.
Ae. Oe. In foribus laetum Androgeo. Tum pendere poenas
Idẽ li. iij. Aeñ. tres sil' diphthõgos sic posuit lõgas.
Inferniqz lacus: Aeaeaeqz insula Circes.

Si vo sequat vocalis post Diphthõgũ: breuis aliquãdo cõperit. vt Praeuro. Praeeo. Virg. li. vij.
Stipitibus duris agitur / sudibusue praeustis.

Idem li. v.

Nec tota tamẽ ille prior praeeunte carina.

Ouidius Fastorũ. li. primo.

Iãqz noui fasces praeeunt. noua purpura fulget.

Virgi. Aeñ. li. iij.

Insulę Ionio in magno: quas dura Celaeno.
Dictio eñi Insulę nõ abijcit diphthõgõ seqũte vocali
Est etiã Diphthõgus ante vocalẽ aliqñ lõga vt apõ eundẽ Virgiliũ libro. vij. Aeñ.
Ardea Crustumeriqz & turrigerae Antemnae.
Vbi Diphthongus posita in fine dictionis Turrigerae non aufertur / licet dictio sequens incipiatur a vocali: & manet longa. In dictionibus preterea Grecis / sicut & vocalis simplex ante vocalem: sic & Diph-

thongus longa frequentissime comperit. Ut Hymenaeus. Circaeus. Lyaeus. Sabaeus. Dictaeus. Lycaeus. Aegaeus. Lernaeus. Tegeatus. Typhoeus. Meliboeus. Aeolus. & quamplurima alia.

Prisci. Est quoque sciendũ/vt ait Priscianus libro secũdo q̃ nulla Diphthõgus in duas cõsonãtes potest desinere In duplicẽ autẽ ĩuenit. Ut Faex Faecis. Faux Faucis. Idem etiam libro primo dicit Diphthongon ĩ preterito pfecto nunq̃m mutari. Ut Haereo. Haesi. Audio Audiui. Moenio Moeniui. Excepto Caedo Cecidi.

Sed de Ei & Yi. Diphthõgis/ceteras pretermittentes Diphthongos Grecas: quę maiusculam exigunt disquisitionem: non nihil dicamus.

De Ei preterea Diphthõgo: quã Priscianus. Tortellius & Antonius noster ĩ priori editione plenissime tractauerunt: cum multa dicant: illud vnũ in hoc loco dũtaxat ex mente nõnullorũ dicamus eam a nostris aliq̃n scribi: sed more Greco. I. solum pronunciari. Ut Nerei. Orphei. Promethei. Terei. Ilionei.

Ouid. Ouidius libro. xiij. Meta.

Nerei: Te vereor. Tũa fulmine seuior ira est.

Uirgi. Uirgilius in Bucolicis.

Orphei. Calliopea. Lino formosus Apollo.

Caucaseasque refert volucres/furtumque Promethei.

Idem li. vij.

Aut vt mutatos Terei narrauerit artus.

Idem primo Aeñ.

Iam validam Ilionei nauem. iam fortis Achatę.

Serui. Ubi Seruius ita inquit.

Ilionei Antiptosis est: pro genitiuo enĩ datiuũ posuit. constat enim huiusmodi Graeca nomina datiuũ singularẽ in Ei

Diphthongō mittere. Ut Orphei. Nā illa solutio est cum Orphei dicimus. Nec modo Ilionei possumus dicere astrictum esse genitiuum: vt ipse sit qui datiuus. Quod ꝛ si forte contingat: nō regula mutatur: sed Antiptosis fit.

Is quoqꝫ i. xi. libro Aeñ. illō Uirgilij Atrides Pro Seru.
tei exponens / sic ait.

Protei Latinus genitiuus est constrictus per Synaeresim.

Quod ꝛ Antonius noster credit significare voluisse cū Ant.
in secūda declinatione dixit. Sed diphthōgus in Eus Ei. dat. vl' Ei genitiuo. Ubi primū Ei. i. cui9 loco. I. simplex / vt quidā aiūt / scribi non licet / quāuis sola voce ipsius proferat: vna syllaba est. Secundum vero due.

Nā ꝛ in priori editiōe sic dicit. In Eus. Diphthōgo quādoqꝫ sunt paria in genitiuo. quandoqꝫ crescunt vna syllaba. In formatione quoqꝫ nominū Patronymicorum duplicem genitiuū in his nominibus esse affirmat / Alterū i Ei. syllabas. Alterū i Ei. Diphthōgō

Christophor9 vero Landin9 apō Horatiū libro pri- Chr.
mo carminū O de Sexta in versu illo / qui Asclepiade us est: Nec cursus duplices per mare Ulyxei: sic ait. Ulyxei pro Ulyxis. est enī datiuus Grecus: quē Latini pro genitiuo vsurpāt. Sed modo per Synęresim: vt illud / Relliquias Danaū / atqꝫ imitis Achillei. Est enī Achillei vl' Achilli. Aut p Dięresim: vt hic. Hęc Christophorus.

Hac tamē ꝛ in re Georgius Ale- Ge.
xādrinus ita inquit. Cū dixit Uirgili9. Iam validam Ilioni navē / Ilioni per. I. nō per Ei. in Synęresim constrictū legendū esse. tradit Priscianus. Sic etiam

Orphi Calliopea. mutatur enim Ei. in. J. longam a Latinis. Hec Georgius. Prisciani enim verba li. vij. hec sunt.

Prisci. **Orphi cum sit datiuus Graecus: pro Ei diphthongo. J. Longam habuit.**

Dicunt etiam et alij nomina Eu. Diphthongum habentia Ei diuisas in genitiuo solum habere: non autem in Diphthongon constrictas. Ut Tydeus est dissyllabum. Tydei trisyllabum. Ulyxeus. Achilleus. trisyllaba. Ulyxei. Achillei. quadrisyllaba. et ita in alijs. Quare (nisi fallor) Alexander in secunda nominis declinatione dixit.

Alexan. **Eus dat Ei. vel Eos. gtio more pelasgi**

In quo versu genitiuus Ei dissyllabus est.

Itaque cum Seruius Orphei per solutionem et Christophorus Ulyxei per Dieresim proferri paulo ante dixerunt: potius Genitiuum esse (vt opinor) dicere debuerant Yi. preterea Diphthongus in his ponitur dictionibus quas Latini vt iacent apud Grecos transcribunt.

Ut Harpyia. Orithyia. Cynomyia.

Virgi. Virgili. iij. Aen.

Et patrio Harpyias insontes pellere regno.

Harpyie. et magnis quatiunt clangoribus alas. Harpyia.

Idem Georgico. iiij.

Atque Gete atque Hebrus et Attias Orithyia. Orithyia.

Idem in. xij. Aen.

Pilumno. quos ipsa decus dedit Orithyia. Orithyia.

Et quemadmodum hec Diphthongus pro duplex Yi. scripta vnius. J. longi sonum seruat: Simili modo scribuntur apud nostros Dij et ij. per geminum. ij. et per vnum longum a Poetis proferuntur.

Ouidi. Ouidius. li. ix. Meta.

Dij melius. Dij nempe suas habuere sorores. Dij.

Virgi. Virgili. li. iij. Aen.

Dij. Dij maris & terre tempestatumqȝ potentes.
ij. Sed tamen ijdem olim curru succedere sueti.
Martialis Epigrāmaton li. p̄mo. Marti.
ij. Corneli quereris Sed ij libelli.
Qui versus Phaleuticus est.
Sed & hec & multa alia per Synerefim: que & Episynaloepha a plerisqȝ nuncupat/efferri dicunt: que est cōglutinatio tam in Grecis q̄m Latinis dictionib9 duarum syllabaȝ in vnā cōtraria Dieresi. In Grecis quidē. Ut Phaeton bissyllabū pro Phaetō trisyllabo. Aeripedē quadrisyllabū pro Aeripedem pentasyllabo. Et per mlta alia. In Latinis vero. Ut Peculi. Tuguri. Oci. Patavi. Antoni. Pro Peculij. Tugurij. Ocij. Patauij. Antonij. Nā cū genitiuus secūde declinationis in duo. ij. sepe terminetur: a Poetis Latinis plerūqȝ in vnū cōiungunt. Siue (vt vult Priscianus libro. vij.) alterum metri causa veteres subtrahunt. Similiter dicit Bigae. Quadrigae pro Bijugae. Quadrijugae. Ubi vnū. J. primū abijcitur. & alterum. J. &. U. in vnicum solum. J. conuertuntur. Dicimus quoque Bini pro Biuni. De quibus dictionibus alias tractabimus. Prisci.
Dij. Dij tamen/quod apud Poetas raro accidit: Ouidius libro secundo Metamor. bissyllabum sic enunciauit. Ouidi.
Si nemo est: omnesqȝ Dij non posse fatentur.
Ubi si Dij vnius syllabe esset: carmen corrumperet.
Aliqui tamē codices Dei secundū Analogiā habent scriptū Nā & Deis aliqū apō ipos Poetas cōperim9
Lucanus. li. vj. Luca.
O vtinā celiqȝ Deis Herebiqȝ liceret.
Et nota q̄ō sūt q Synerefim inter & Episynaloephen aliqd īteresse putēt. Sȝ id aut paruillulum. aut nihil ē
Dictiōes preterea Dij & Dijs. ij. & ijs. Priscian9 li Prisci

bro septimo cū de secūde declinatiōis Datiuo & Abla
tiuo loquit: plenissime discutit. Qui & non multo post
Uultei. Pompei. Cai. & similia. J. finalē & ante eā
vocalē p vna syllā habere dicit. qd vsus confirmat.
Horati. Horatius in primo Epistolarū.
Durus ait Uultei nimis attentusq3 videris.
Uultei/qz. J. loco cōsonātis accipit: (sicut i Ei. Huic
& Cui accipi dicit/cū monosyllaba sūt) dissyllabū acci Regu.
pit secūdū analogiā. idest noiatiui pportionē. Omnis
Prisci. eni Uocatiuus i. J. desinēs teste Prisciano inibi vna
syllā mior esse debet noiatiuo suo. Ut Ouidius Ouidi
Persius Persi. Ambrosius Ambrosi. Propertius
Proprti. Prudētius Prudēti. Cneius Cnei. Quos
vocatiōs eodē i libro ō duodeci carmibus dicēte p Apo
copē pferimus. Ut Uirgilius Uirgili p Uirgilie. Mer
curi. Terēti. Salusti/p Mercurie. Terētie. Salustie
Marti. Martialis ō li. Secūdo Epigrammaton sic ait.
Quod peto da Cai. non peto consilium. Cai.
Idem libro. x.
Si, donare vocas promittere: nec dare Cai. Cai.
Stati. Statius. lib. vij. Theb.
Naubolus Hipposides tuus o mitissime Lai. Lai.
Ubi Cai & Lai/Siue Caij & Laij scribant: Uocatiui
dissyllabi sunt/& pares Nominatiuis si dissyllabi quo-
q3 sint Caius. Laius. J: de q nō mlto post dicem9: du-
Stati. plici cōsonāte. In. xj. nāq3 li. Thebaidos sic dicit.
Ensem sceptriferi spolium Lachrymabile Lai.
Ubi genitiuus Lai/aut Laij bissyllabus est.
Credendum tamē potius Cai & Lai bissyllaba a No-
minatiuis Caius & Laius trisyllabis formari. J. solu-
ta & vim consonantis non obseruante. Sic enim
Stati. Statius ait libro Secundo Thebaidos.
Pone Senex trepida succedit Laius vmbra.
Laius & notos cunctatur inire Penates.

Ubi Laius trisyllabū esse videtur. ꝛ in plerisqꝫ eiusdem Thebaidos locis.

Est etiam animaduertendū / vt ad Diphthongos redeamus / ꝙ Diphthōgus Ae. nōnunquā diuiditur per Dieresim: que est diuisio vnius syllabe in duas.

Virgili. li. iij. Aeñ. — Virgi.

Aulai. Aulai in medio libabant pocula Bacchi.

Idem. libro. vj.

Aurai. Aethereum sensum: atqꝫ aurai simplicis ignem.

Idem libro. ix.

Pictai. Diues equum. Diues pictai vestis ꝛ auri.

Martialis Epigrāmaton. li. xj. — Marti.

Ter. Fru. Attonitusqꝫ legis terrai frugiferai.

Ubi Aulai. Aurai. Pictai. Terrai. ꝛ Frugiferai / sicut ꝛ alia multa / que Priscianus libro septimo in genitiuo prime declinationis enumerat: A. pducūt pro Aulae. Aurae. Pictae. Terrae. ꝛ Frugiferae. Q̄ō ꝛ Antonius noster fecit in prima noīs d̄clinatione sic. Est genitiuus in. Ae. Diphthōgo: Sed tamē Ai. — Prisci. Ant. N.

Ouidius preterea libro p̄mo Metamor. ita ait. — Ouidi.

Tertia post illam successit Aenea proles.

Aenea. Ubi ꝛ. A. ꝛ. E. Diphthongus in dictione Aenea diuiditur. ꝛ Cessit A. quartus pes. ꝛ Enea quintus Dactyli sūt. Et / vt inqnit Priscianus libro primo / Aeneus pro Aereus dicitur. R. in. N. mutata. Eadē quoqꝫ diuisio fit in dictione Aenus: quod modo adiectiuū est ꝛ idē significat quod Aereus. A. Um. ab Aere.

Virgili. lib. ij. Aeñ. — Virgi.

Aena. Exultat tellis ꝛ luce coruscus Aena.

Modo substantiuum est hoc Aenum: ꝛ significat vas in quo calefieri aqua consueuit. quod vulgo Caldarium vocant.

Virgili. li. Georg. primo. — Virgi.

Aeni. Aut folijs vndam tepidi despumat Aeni.

Littore Aena locant alij: flammasqz ministrant. Aena.
Quidā tamē inter. A. & E. aspirationē interponunt / & dicunt Luce Ahena. Tepidi Aheni. Littore Ahe-
Serui. na locant alij. Ubi Seruius ita inquit.
Huic autem nomini maiores aspiratio
nem dabant: & Ahena dicebant. Ahena.
Idē quoqz in carmine illo primi libri Aen.
Tū celerare fugam patriaqz excedere suadedet / sic ait.
Suadet secundum naturam duae sunt
syllabae. Sed multi trisyllabum putāt
Quod etiam si inueniatur: solutio dicē
da ē: quo modo dicim⁹ Aenea. & Ahe-
na. Hoc autem solum huiusmodi ver-
bum in Latino inuenitur.

Itaqz significat Seruius Aeneus. A. Am. dictionē que trisyllaba est: per solutionē quadrisyllabam. Ahenus. A. Am. quę dissyllaba: trisyllabam fieri.
Aiūt etiā nōnulli codicē Aeneidos antiqssimū esse visum: quem ipsius Uirgilij fuisse constabat. in quo & illud. Et Luce chorusus Aena: quod sine aspiratione scriptum fuerat: & Aspiratio addita.
Ei. quoqz: ne / si monosyllabū sit / interiectio esse puteт.
Ut Hei mihi qualis erat. In qua dictione. I. finalis non vocalis: sed consonans dicitur.
Prisci. Similiter Huic & Cui & Eis. vt ait etiam Priscianus libro Septimo: apud Poetas per Dieresim nō nunquam proferuntur. Nam Omnis Genitiuus in Regu.
Ius. desinens vna vult supare syllaba suum Datiuū.
Ut Unus. Unius. Uni. Solus. Solius. Soli. Totus. Totius. Toti. Uter. Utrius. Utri. Ille. Illius.

Illi. Ipse. Ipsius. Ipsi. Hic. Hec. Hoc. Hiuius. Huic. Is. Ea. Id. Eius. Ei. Alius tñ. Alij p du plex. ij. equalē. habet: ne/si Ali p simplex. I. scribam9 (vt aiunt Grāmatici) presens infinitiui passiue vocis putetur. Prosper. Prosp.

Huic. Non tempus. non sexus huic. non causa resistit.

Statius Siluarum libro primo. Stati.

Huic. Letus huic dono videas dare iura nepotes.

Huic. Fallus huic pennas et cornua sumere terre.

Albinus Rerū Romanaꝝ primo. Albi.

Cui. Ille cui cernis Capitolia celsa triumphis.

Cui. Sponte Deam patuere. Cui freta nulla repostos.

Priscianus quoqꝫ libro. xiij. inducit Terentianū sic carmine Sothadico dicentem. Prisci.

Cui. Verum vt Cuiqꝫ est proximitas loci sorori.

Dicit enī cōstare duob9 Ionicis a maiori et trib9 Trocheis sic. Verū Cui. q̄st proxi. tas lo. ciso. rori. Idē

Cui. Ex ordine fulgēs. Cui dat nomē Sinopes.

Ex ordine. Fulgens cui. zc. Nisi tñ dictio Cui. habeat. I. breue: Verū cui. in priori versu. et fulgens cui. in secundo Ionicus maior esse non potest. qui duabus syllabis longis/totidēqꝫ breuibus constare debet.

Iuuenalis Satyra quinta. Iune.

Eidem. Ire viam pergant: et eidem incumbere secte.

Eisdem. Implet: et ad Mecbos dat eisdem ferre Cinedis.

Et illud similiter.

Munera clara dedit. dat eidem debita patri.

Sed et apud Lucretium Ei. byssillabum. E. pducit.

Si Nestori credimus/Sic. Nestor.

Ei. Scilicet et fluuius qui Vlisus maximus ei.

Ei. Fit quoqꝫ vti pluuie forsan magis ad caput ei.

Nisi forte/ait Nestor/dicam9 Lucretiū. ij. duplicasse antiquoꝝ more: q Eijus Eij. cū gemino. ij. scribebāt. Sed queadmodū. V. cōsonās dissoluat: quod me di-

cturum ꝓmiseram: explicemus Poetaꝝ exemplis.

Ouidi. Ouidius in Heroidibus.

Nunc quoqꝫ te saluo persoluenda mihi.

Tibul. Tibullus libro primo Elegia Septima.

Stamina non vlli dissoluenda Deo.

Catul. Catullus Ueronensis ad Ortalum.

Pristina vota nouo munere dissoluo.

Ubi Persolu ⁊ Dissolu. Dactyli sunt.

Idē Catull. in fletu passeris Lesbię amicę.

Quod Zonam soluit diu ligatam.

Qđ carmē cū sit Phaleuticū endecasyllabū: nisi So
luit trisyllabum habeat: stare minime potest Quodꝫo.
Spōdeus. namsolu. Dactylꝰ. itdi. vligatā. Trochei
Horati. sunt. Horatius in Epodo.

Niuesqꝫ deducunt Iouem nunc mare. nunc sylue.

Hic enī diuisiōe facta. Uae. extreme syllabę / vt a cōso
nāte trāsit in vocalē. Est nāqꝫ Dimetrū Iambicū cō-
iunctū Pētimemeri Heroicę. ⁊ mēsurať sic. Niues
quede Iābi. Ducūt. Spōdeꝰ. Iouē. Iambꝰ. Nūc-
mare. Nūcsylu. Dactyli sūt. Ae. Pētimemeris si-
ue Semiquinaria diuisio. Hec de Dieresi dicere
libuit: q̄ ī diuisiōe Diphthōgi de ea meminimꝰ. Quā
Alexāder simul cū Synęresi hoc modo diffinit.

Syllaba diuidiť: ⁊ Diaeresis vocitať.
Si iūgas plres: dic synaeresin tibi factā
Haec etiā species dicať Episynalephe

Prisci. Priscianꝰ preterea (vt ꝓmissa de. U. adimpleamꝰ)
libro primo ostēdens exēploqꝫ ꝓbās apud Aeoles. F.
Digāma ꝑ nihilo in metris nō nūquā habitū esse: di-
cit apud Latinos quoqꝫ ⁊ maxime apud vetustissimos
Terentiꝰ. Comicoꝝ illō idē lſę. U. accidisse. Ut Terē. ī andria

Sine inuidia laudem inuenias ⁊ amicos pares.

Prisci. Ubi idem Priscianus ita inquit.

Quod nisi sine inuidia pro Tribracho accipiatur: stare versus non potest. Est enim trimetrum iambicum.

Tortellius etiam eandē rē apertius declarans sic ait. Tortelli

Est enī trimetrū iambicū. in cuius primo pede: nisi. U. pro nihilo habeat: ita vt fiat Tribrachus: stare versus nō potest. Nā sex pedibus cōstat. Quoꝝ primus est Sininui. Ubi. U. abijcit: ꝛ trium breuiū pes cōficit. Secūdꝰ est Dia. qui dicit Iambus. Tertius est Laudin. qui ē Spōdeus. Insuper ꝛ Uenias. sequit: qui est Anapestus ꝛ quartū pedē facit. Quintꝰ est Etami. qui similiter est Anapestus. Deinde sequitur sextus: qui est Cospares. ꝛ est Amphimacrus Hic pes nunquā consueuit esse huiusmodi Trimetris. Sed hic versus dicitur Trimetrus hypercatalecticus.

Cū tamē nōnulli ex Comicis Poetis larius spaciū atqꝫ licentiā sibi assumpserint: nō dubium est / quin hic Terentianus versus / sicut ꝛ alij quāplurimi / aliquibus in locis per alios pedes fluere possit.

S yllaba: quae post vocalē duas habet consonātes: Aut vnā vim duarum habentem longa est positione. vt Gens. Ars. Pax. Nex. Sa-

rum. Consonantes vim duarum litte-
rarum habentes Sunt. X. pro CS. Z.
pro duplici. SS. J. in medio duarū
vocaliū posita pro duplici. ij. cōsonāte

Nec solum in eadē dictione: Verum & in diuersa vide-
tur. X. duplicis consonantis vim possidere: Ut apud
Virgi. Virgili. in quarto Georgicorum.
Drymoqz Xantoqz Ligeaqz Philodocheqz.
Ubi Que particula post dictionē Drymo longa pu-
tatur esse facta propter sequentē. X. Cū tamen hoc
in secundo sit pede: nota quod supra de cōsonantibus/
deqz Semipentimemeri diximus. Itē nota/ vt nō
nulli aiunt/ Antiquos nō solū. CS. Sed. GS. quo
qz & duplici. SS. p. X. littera esse vsos. Ut Apecs.
Gregs. Ulysses. pro Apex. Grex. Ulixes.
Z. similiter: quā pro dictionib9 Grecis accepimus
(pro qua primitus nōnunquā simplex. S. vt Sethus
pro Zethus. Quādoqz duplicatū scribebat. Ut Pa-
trisso pro Patrizo. Pitisso pro Pitizo. Massa pro
Maza. Quandoqz autem pro illa. D. ipsum pone-
batur. Ut Medentius. Ubi. Z. exprimitur sono pro
Prisci. Mezentius teste Prisciano libro primo:) vim duarū
cōsonantiū optinere/ vocalēqz precedentē pducere tā i
eadē dictione quā in diuersa hec ostendūt carmina.
Virgi. Virgili. li. primo Aeñ.
Ducit Amazonidū lunatis agmina peltis. Amazo.
Idem libro septimo.
Contemptor Diuum Mezentius agminaqz armat. Mezen
Ouidi. Ouidius libro primo de testibus.
Hincqz Propontiacis herentē Cizicon oris. Cizicon
Virgi. In diuersa dictiōe sic. Virgi. Georgi. lib. pmo
Euriqz Zephyriqz tonat domus. Omnia plenis. Zephyr

Nisi dicamus Que ꝓ Et p̄mā secūdi pedis syllabam qua ratiōe supra diximꝰ / ꝑduci. Nōnulli tamē codices virgiliani habēt Euriqȝ ⁊ Zephyri.

Nōnunquā etiā in dictionibus peregrinis. vt Gaza. qđ vocabulū Persicū dr̄: eādē vi habet: quā ī Grecis

Virgi. li. primo ⁊ secūdo Aeñ. Virgi.

Arma Virū tabuleqȝ ⁊ Troia Gaza per vndas.

Gaza. Predam adseruabāt. huc vndiqȝ Troia Gaza.

Aliquādo tñ vocalis naturał'r breuis presertim in fine dictiōis posita / si sequens dictio incipiat. a. Z. manet breuis. quod ⁊ de littera. X. alias diximus.

Virgili. li. iij. Aeñ. Virgi.

Zacynth. Jam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.

Ouidius in Epistolis Heroicis. Ouidi.

Zacynth. Dulichiū Samiqȝ ⁊ quos tulit alta Zacynthos.

A enim posita in fine dictionū Nemorosa ⁊ Alta breuis ꝑmāsit. Z. subsequēte: quāta est naturaliter.

Quā ob rem forte Alexander de. Z. tractans dixit. Alexan.

Perizo. **Siplex. zeta. tñ repit. vt est Perizoma.**

Hoc est nō habet vim duplicis cōsonantis vt ꝑducat vocalē antecedentē. J. p̄terea: q̄ si feriat vocales cōsonās fit: vt Janus. Juno. in medio duaꝝ vocaliū posita vim duaꝝ cōsonantiū optinet. Ut Troia Aiax. Huius. Loco cuius antiqui duplex. ij. dicuntur posuisse. sic Troija. Aijax. Huijus. Item Maija. Eijus. Meijo. Aijo. Maijor. Peijor. Pompeijus. Aulteijus. Caijus. Laijus. ⁊ multa alia. Pro simplici tamē cōsonāte tunc habet: quādo ab ea incipit syllaba in principio dictiōis. Ut Juno. Juppiter. Jecur. Jocor. Jaceo. ⁊c. Cōperit etiā nōnūquā ꝓ simplici cōsonante in medio dictionis cōposite. Ut Quadrijugus. Bijugis. Reijce. Iniuria. Subiungo.

Virgi. iij. Georg. Virgi.

Centū quadrijugos agitabo ad flumina currus. Quadrij
Martis equi bijuges ⁊ magni currus Achillis. Bijug.

Idem in Bucolicis.

Tityre pascentes a flumine reijce capellas. Reijce.
Reijce cū geminato .ij. vt latiꝰ alias ostēdemꝰ: scribit quoꝝ prius in initio syllabe cōsonans simplex est. Ubi Proceleumaticus pes Reijceca: qui quattuor syllab cōstat breuibꝰ: ꝓ Dactylo ī quīto loco ponit. Sicut ⁊ multa alia apō Uirgi. que primū ⁊ quintū locū plerūqꝫ occupāt. Primū. Ut in primo. Secūdo ⁊ quarto georgicoꝝ. Quinto. Nono ⁊ Duodecimo Aeñ. sic.
Tenuia nec lanae per celum vellera ferri.
Tenuis vbi argilla ⁊ dumosis calculus aruis.
Parietibus premunt arctis: ⁊ quattuor addunt.
Genua labant. Uastos quatit anbelitus artus.
Parietibus textum cecis iter/ancipitemqꝫ.
Abietibus iuuenes patrijs ⁊ montibus equos.
Arietat in portas ⁊ duros obijce postes.
Genua labant. gelidus concreuit frigore sanguis.
Quintū. Ut in Secūdo ⁊ quarto Georgicoꝝ. Secūdo. Quinto ⁊ Octauo Aeñ. sic.
Uelleraqꝫ vt folijs depectant tenuija Seres.
Nequicquam in tectis certatim tenuia cera
Aedificant: sectaqꝫ intexunt abiete costas.
Custodes sufferre valent. Labat ariete crebro.
Transtra per ⁊ remos ⁊ pictas abiete puppes.
Hec sacris sedes epulis. Hic ariete ceso.
Inclusere caui. ⁊ nigra nemus abiete cingunt.
In secundo tamen Aeneidos secundum pedem possidet hoc modo.
Herent parietibus scale. postesqꝫ sub ipsos.
In quibus locis Tenuia. Tenuisu. Parieti. Genuala. Abicti. Arietat. Abiete. Ariete. Proceleumaticus est.

Non enim aliter in carmine Heroico quattuor breues syllabe collocari possunt.

Quod genus carminis apud Statium in Sexto libro Theb. Stati.
Peonem primum videtur quoque admisisse sic.

Obnubit tenuia ora comis. ac talia fletu.

Idem in principio. xij. libri Theb.

Ortus: et instante cornu tenuiore videbat.

Bittenui in secundo pede. et Nutenui in quarto Peon primus est: qui constat prima longa et tribus breuibus. Ut Desinite. Incipite. Comprimite. Hoc preterea carminis genus et Anapestum in primo georgicorum recepit sic. Virgi.

Fluuiorum rex Eridanus: camposque per omnes.

Primus enim pes Fluuio. primas duas breues et vltimam longam syllabas habet. Dicitur quoque reciperere Trocheum in sexto loco. Cum tamen vltima syllaba cuiuslibet carminis libera / siue indifferens sit: huiusmodi pedes in vsu Heroico Spondei potius dicendi sunt.

Sed ad positionem redeamus. Obseruatur preterea positio in diuersis dictionibus in carmine. Ut si precedens dictio in vocalem desinat: et sequens a duabus incipiatur consonantibus. Ut patuit superius cum de positione mute cum liquida sumus locuti. Quod non frequenter fieri comperimus. Et apud Statium libro Stati.
quarto Thebaidos.

Et noua clamore stupuere silentia valles.

Idem libro Sexto.

Preceleres: agile studium et tenuissima virtus.

E. namque terminalis in dictionibus Clamore et Agile: que naturaliter breuis est: longa facta esse videtur propter consonantes dictionum subsequentium. Sed tamen verisimilius esse arbitror finalem syllabam earundem dictionum Poetam produxisse per licentiam productionis Penthimemeris Heroice: de qua supra memineramus: que facit primam syllabam tertij pedis:

in qua pars orationis explic̅t: cū per naturam breuis sit: apud Poetas plerumq̄ ꝓduci. Itē vocalis correpta dictionē terminās nō producit a consonantib9 que sequunt: vt ostensum est per regulā superius traditam.

Obseruat quoq̄ positio sepissime in carmine si precedēs dictio desinat in vnā consonantē / ꝛ subsequens a consonante incipiatur. Ut apud Uirgilium. (Uirgi.)

Ad quem tum Juno supplex his vocibus vsa est.

Panduntur porte. iuuat ire ꝛ Dorica castra.

Dictiones eni Quē. Tum. ꝛ vltima syllaba dictionis Pandunt ꝓpter cōsonātes dictionū sequētiū ꝓducūt.

Si tamē dictio precedēs desinat in. S: ꝛ sequēs dictio a consonāte incipiat: non semp producitur vocalis precedens / vt superius patuit: cum. S. plerūq̄ liquesceat ꝛ vim consonantis amittere ostendimus.

Quod si post syllabam natura breuem sequatur muta cum liquida: in prosa oratiōe syllaba illa semper est breuis. In carmine vero indifferens est.

Ut Tenebrae. Pharetra. Uolucris. Cathedra. Retro. Cerebrum. Pheretrum. Lutebrae. Podagra. Chyragra.

Est enim longa in his versibus.

Uirgi. Uirgili. iij. Aeñ.

Noctē hyemēq̄ ferens. ꝛ inhorruit vnda tenebris. Tenebra

Idem lib. v.

Pro se quisq̄ Uiri. depromūt tela pharetris. Phare.

Idem lib. viij.

Dirarum nidis domus opportuna volucrum. Uolucris

Juue. Juuenalis Satyra prima.

Hinc atq̄ inde patens. ꝛ nuda pene Cathedra. Cathedr.

Virgili.lib.x. Virgi.

Retro. Ut videre:metu versi retroqz ruentes.

Idem lib.xj.

Cerebrū. Congeminat vulnus.calido rigat ora cerebro.

Pheret. Haud segnes alij crates z molle pheretrum.

Idem lib.iij.

Latabrae. Rursum ex diuerso celi cecisqz latebris.

Ouidi.lib.primo de Ponto. Ouidi.

Podag. Soluere nodosam nescit medicina podagram.

Virgi.iij.Georgicoz. Virgi.

Podag. Molle pecus:scabiemqz ferat:turpesqz podagras.

Martial.Epigrāmaton.lib.vij. Marti.

Podag. Coepit fingere Celius podagram.

Podag. Desit fingere Celius podagram.

Horatiq.li.Sermonū.ij.Satyra.vij. Horati.

Chyrag. Scurra volanerī9.postquam illi iusta chyragra.

Idē lib.primo Epistolarum.

Chyrag. Nodosa corpus nolis prohibere chyragra.

Persius Satyra Quinta. Persi.

Chyrag. In venerē putris.Sed cum lapidosa chyragra.

Est enī breuis hic ī eisdē dictiōib9. Virg.li.viij. Virgi.

Tenebrae Hic Cacum in tenebris incendia vana vomentem.

Phare. Ille mihi insignem pharetram:Lyciasqz sagittas.

Idem lib.iij.

Volucris Et volucrum linguas z prepetis omnia penne.

Martialis Epigrāmaton.li.ij. Marti.

Cathedra Assidet z cathedris moesta inuenca tuis.

Virgili.li.v. Virgi.

Retro. Abducere retro longe capita ardua ab ictu.

Idem lib.x.

Cerebrū. Ossaqz dispergit cerebro permista cruento.

Idem lib.xj.

Pheret. Sed venit in medio Pheretro pallante reposto.

Idem lib.x.

Tum latebras anime pectus mucrone recondit. Latebrae.

Macer. Macer de viribus herbarum.

Compescit splenis: podagre sic subuenit illa. Podag.

Marti. Martialis lib. primo Epigra.

Litigat: et podagra Diodorus Flacce laborat. Podag.

Sed nil patrono porrigit. hec chyragra est. Chyrag.

Idem lib. ix.

Tortorem metuis. Podagra Chyragraque secatur. Po. Ch.

Et multa alia sequuntur hanc legem. Ut Sophocles. Empedocles. Locuples. Polycletus. Assecla. Simulacrum. Funebris. Terebro. Alacris. Integro. Salebrae. Colubra. Quadrupes. Febris. Latro. Migro Cyprus. Vitrum. Metrum. Item Piger Calaber. Caper. Aper. Sacer. Faber. Onager. Ater. a. um. Vafer. a. um. Coluber. Integer. accipientia mutam cum liquida Pigri. Calabri. Capri. Apri. Sacri Fabri. Onagri. Atrius. Vitri. Vafri. Colubri. Integri. etc.

Aratrum vero apud idoneos. Auctores vix semel penultimam corripit. Aratrum.

Nestor. Nestor tamen Dionisius hoc nomen penultimam naturaliter corripere dicit. quod probat et scriptura Greca Arotron per. O. micron. quod Greci semper breue habent. et hoc versu tantum quem

Pe. R. Petrus Riga in Aurora scripsit sic.

Nostre carnis humum crucis hoc aratro quasi sulcat. Quod validioribus poetarum latinorum exemplis probare obuiisset

Si vero vocalis precedens sit longa naturaliter: non mutatur. hoc est non corripitur. vt Mater Matris. Saluber Salubris. Frater. Fris. Ater. tri. October. bris. Cicatrix. Adiutrix. Et verbalia in atrix: que verbalium in Tor: exqui formantur: penultime quantitatem obseruare videntur. Ut Venatrix. Indagatrix. Iaculatrix. Creatrix. Simulatrix Seruatrix. Bellatrix. Spectatrix. Donatrix. Auxiliatrix. Cantatrix. etc. Item Atrium. Uter vtris. Libra. Libro. as. Poples. Nebris. et reliqua permulta.

Hac tamē in re/sicut ꝛ in alijs quāplurimis/Poetarum exemplis potius initi quispiam debet/quā Artigraphorū:qui inter se dissidēnt:regulis. Nam quas dictiones ipsi putant vocalem ante mutā cum liquida naturaliter aut corripere/aut producere: apud Poetas idoneos aliter eędem sese habent.

Sed quẽadmodū vocalis correpta in fine dictionis posita modo longa. modo breuis inueniatur muta cū liquida subsequentibus dictum est alias. Quare quod ibi diximus cum de liquescentia consonantiū ceptum est agi:quodq; ad vtrunq; locum attinet sic perstrinxisse abunde est.

Syllaba quae post vocalem alterā habet vocalē: breuis est. Idq; in dictionibus Latinis. Nam in Graecis ꝛ Barbaris aliam rationē sequimur. Partim enī producūt. Ut Argous. Argia. Aeneas. Aer. Spōdeus Dius. Partim breuiāt. Ut Comoedia. Tragoedia. Symphonia. Sophia. Elegeia. Fio cū ē dissyllabū semp ꝓducit

Statius Siluarū libro. iiij. — Stati.

Argoos. Robur. ꝛ Argoos frangebant brachia remos.

Idem libro. v.

Argoa. Atuero:ꝛ multis. ꝛ signa Argoa relictis.

Martialis in Distichis. — Martia.

Argoa. Argoa primum sum transportata charina.

Stati. libro secundo Theb. — Stati.

Argia. Egregiam Argiam. nec forme laude secundam.

Idem libro. xij.

Argia. Querit inops Argia vias. non regia codi.

Virgi. Virgilii libro primo Aen.

Sum pius Aeneas. raptos qui ex hoste Penates. Aeneas.

Aer Venus obscuro gradientis aere sepsit. Aer.

Et in multis aliis locis.

Horati. Horatius in Arte Poetica.

Spondeos stabilis in iura paterna recepit. Spōdeus

Prisci. Priscianus in versibus Rufini de litteraturis. De compositione & metris Oratorum.

Spondeusque grauis: numeroque aptissime Peon.

Sed magis erigitur Spondeo clausula fortis. Spōdeus

Spondeo narrare solent tibi Rhetores acta.

Persi. Persius Satyra prima.

Romulidae saturi quid dia Poemata narrent. Dia.

Virgi. Virgilii. li. xi.

Italides: quas ipsa decus sibi dia Camilla. Dia.

Verū dictiões Aeneas & Spōdeus. Ei. Diphthongū Grecā in. E. lōgā cōuertūt sic Aineias Aeneas. Spōdeios Spōdeus. Sicut & alia p multa. Ut Choreia Chorea. Alpheios Alpheus. Mideia Medea. Deiopeia Deiopea. Calliopeia. Calliopea. Epeios Epeus. Itē Achillelos Achilleus. Pythagoreios Pythagoreus. Cythereia Cytherea: quę possessiua sunt.

Virgi. Virgilii. lib. ix. Aen.

Desidię cordi. iuuat indulgere Choreis. Chorea.

Idē in opusculo qđ inscribit Culex.

Naides. & celebrate deū ludente Chorea. Chorea.

Quantum te Peneu remorāte diue Chorea. Chorea.

Et sic de aliis.

In Sexto tamen Aeneidos Chorea. Re. corripuit causa metri hoc modo.

Pars pedibus claudūt Choreas: & carmina dicunt. Chorea.

Tibull. Tibullus Similiter.

Hic Choreę / cantusque vigent / passimque vagantes. Chorea.

Proper. Propertius quoque.

Chorea. Protinus ꝛ nuda Choreas imitabere fura.
Sed tūc Seruiꝰ aut Systolen/ de q̄ postea dicemus/ Serui.
Syllaba lōga i breuē cōuersa. Aut antithesim. E. pro
Ei posita esse putat. Multa alia preterea vocalē an̄
vocalē ꝑducūt. Ut Ariō. Oriō. Amphion. Lycaon.
Echiō. Joilꝰ. Jo. Urania. Hippodamia Laodomia
Amalthea. Lageos. Enyo. Troius. a. um. Troes.
Heroes. Troilꝰ. Peneiꝰ. Acheleiꝰ. Liciꝰ. Sper-
chiꝰ. Ariꝰ. Lāgia. Lāpia. Phthiꝰ. Phthia. Chiꝰ
a. um. Horatiꝰ li. ij. Sermonū. Satyra. viij. Horati.
Chiꝰ a. ū. Cecuba vina ferens Alcon Chium maris expers.
Martialis in Distichis. Marti.
Chia senj silis Baccho: quā secta misit.
Nā ꝑmitiuū Chiꝰ corripit a Lucano li. viij. sic dicēte
Chius. Quas Asiȩ cautes: ꝛ quas Chius asperat vndas.
Horatiꝰ libro primo Epistolarū.
Chios. Quid tibi visa Chios bullati notaq̄ʒ Lesbos.
Chios. Romȩ laudet Samos. ꝛ Chios ꝛ Rhodos absens. Horati.
In dictiōibꝰ quoq̄ʒ Barbaris ꝛ peregrinis ꝑducit̄
Ut Andreas. Oseas. Ananias. Esaias. Zacharias
Maria. ꝛ quāplurima alia. Ab hoc noīe mas. ma
ris dicit̄ preterea Mariꝰ ꝓpriū nomē viri deduci. Cu
ius foemininū Maria esse putat̄ penultia correpta cū
accentu in antepenultima. Claudianus. Clau.
Maria. Preparat ꝛ pulchros Marie sed luce minores.
Eligit ornatus. Qui ꝛ ipse Jacobꝰ q̄drisyllabū ꝓ-
tulit penultima producta sic.
Jacobus. Hac laceres versus dux Jacobe meos.
A multis tū trisyllabū ponit̄ cū accentu in eadē penulti
ma: qa Jacob nō latine declinatū vltimā syllabā acuit
Noīa enī barbara: quȩ acuūt vltimas syllabas; qu eq̄ʒ
(vt inquit Priscianꝰ libro q̄nto) nulla regla Latina Prisci.
vl' Grȩca sūt moderāda: si ad declinationē Latinā tra
hant̄: i eadē syllā seruāt accentū. Ut Abraā Abraamꝰ

Joseph Josephus. Alaric Alaricus. Isabel Isabela.
Saul Saulus. Sz redeam⁹ ad rē: ꝛ quę vocalem
Horati. breuiāt añ vocalē exēplis dclarem⁹. Horat. i arte. P
Interdum tamen ꝛ vocem Comoedia tollit. Comoed.
Successit vetus his Comoedia non sine multa. Comoed.
Effutire leues indignata Tragoedia versus. Tragoed.
Ouidi. Ouidius. libro secundo de tristibus.
Omne genus scripti grauitate Tragoedia vincit. Tragoed.
Horati. Horatius in eadē arte Poetica.
Ut gratas inter mensas Symphonia discors. Sympho
Uirgi. Uirgi. ad Messalam.
Florentes viridis Sophię complectitur vmbras. Sophia.
Aeternum Sophię coniunctum carmine nomen. Sophia.
Marti. Martialis Epigrām. li. primo.
Cum tibi sit sophię par fama ꝛ cura Deorum. Sophia.
Ouidi. Ouidi. in lib. de remedio.
Blanda Pharetratos Elegeia nutrit amores. Elegeia.
Idē Elegiarum libro. iij.
Uenit odoratos Elegeia nexa capillos. Elegia.
Stati. Elegia vo. J. añ. A. pducit. Stat. li. j. Siluaꝝ.
Quas inter multum petulans Elegia propinquat. Elegia.
Marti. Martial. libro quinto Epigr.
Detineat cultis aut Elegia comis. Elegia.
Iuue. Iuuenalis Satyra Secunda.
Fient ista palam. cupient ꝛ in acta referri. Fio.
Uirgi. Uirgi. Georgi. iiij.
Fiet enim subito sus horridus atraqz Tigris. Fio.
Cū tñ Fio polissyllabū est: corripit vocalē ante vo=
Uirgi. calē. Ut Fieri. Fierē. Uirgi. vij. Aeñ.
Quod fieri ferro: liquidoue potestur electro. Fieri.
Ouidi. Ouidius primo libro Fastoꝝ.
Fas etiam fieri solitis ętate priorum. Fieri.
Idem libro. ij. fastoꝝ.
Quid noua cū fierent capitolia? Nempe Deorum. Fierent.

Fieres. Si fieres breuior Claudia sexquipede.

Genitiuus ꝛ Datiuus quintae declinatiōis ꝓducūt penultimā. Ut Diei. Excipit. Rei. Spei. Fidei.

Alij vero sic dicunt.

Genitiuus ꝛ Datiuus quintae declinationis. E. vocalē puram siue inter duo ij. positam producūt. Ut Diei Speciei

Quod etiam alexandri est ita dicentis. Alexan.

E super. J. longā dat declinatio qnta:
Quādo vocal' praeit. E. Sꝫ eā breuiab
Cōsona si praeceat. Dic ğ Rei Speciei.

Uirgi. li. ix. Aeñ. Uirgi.

Diei. Nunc adeo melior quoniam pars acta diei.

Idē in opusculo. Est ꝛ Non.

Diei. Est nocturna homini. non est lux ista diei.

Idem in Opusculo. Uir Bonus.

Diei. Omnia quam longi reputauerit acta diei.

Nam Rei. Spei. ꝛ Fidei non habent. E. purū ante J. vltimam: Sed habent consonantem: quę vocalem ferit. E. priorem. Ideo breuis est ante. J.

Statius. Siluarum libro primo. Stati.

Fidei. Quis morum fideiqꝫ modus: nunquā ne virili.

Idem libro. vij. Theb.

Fidei. Pectore in hoc. vbi nunc fidei: pacisqꝫ sequestra.

Horatius. lib. tertio Carminū. Horati.

Rei. Contentę dominus splendidior Rei.

Est enim carmen Asclepiadeū ꝛ mēsuratur sic. Conten. Spondeus. tędominus. Splendidior. Choriambi sunt. Rei. Pyrrhichius.

Idē in eodē libro atq; in eodē genere versus.
Curte nescio quid semper abest rei. Rei.

Terentius. Terentius in prologo Andrie.
At pernoscatis et quid spei sit reliquum. Spei.
Qui vsus et Trimeter dicit. et sic potest mensurari. At
Per. nosca. Spōdei. Tiset. Iābus. Quidspe. Tro-
cheus. isit. Spōdeus. reliquū. Tribrachus. vel Anapestus

Oia quoq; et pnoia mittētia Ge
nitiuū i. ius. i prosa oratiōe pdu-
cūt penultimā. In carmie vo eā
habēt indifferentē. Praeter quā alterius.
qd semp breuiat. et Alius qd sēp pducit.

Virgi. Est eni penultia louga hic. Virgi. li. pmo Aen
Tu faciem illius noctem non amplius vnam. Illius.
Idem libro. v.
Nunc vltro ad cineres ipsius et ossa parentis. Ipsius.
Idem libro. xj.
Adijcias, nec te vllius violentia vincat. Vllius.
Idem Georgi. iiij.
Non te nullius exercent numinis ire. Nullius.

Virgi. Est tamen breuis hic. Virgi. Georgi. pmo.
Illius immense ruperunt horrea messes. Illius.
Idem libro. v.
Ipsius Anchisae longeui hoc munus habebis. Ipsius.
Idem libro primo.
Vnius ob noxam et furias Aiacis Oilei. Vnius.
Idem Georgicorum Secundo.
Et sepe alterius ramos impune videmus Alterius.
Vertere in alterius: mutataq; insita mala. Alterius.
Et mille alia vulgo inuenies.
De Genitiuo Alius.
Tu quoq; cur nostras causas contemnis: Alius Alius.

Qui tibi dona dedit securius accipis ipse?

Alius. Quęret alius opes: qui partas non bene seruat.

